Z"e
6825

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-100868-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-100868-p0002-6

CARMINA GRATVLATORIA

# IN HONOREM,

## PIETATE, ERVDITIONE, ET VIRTVTE PRAESTANTIS IVVENIS DN. GREGORII STRIGENICII VVOLCKENSTEINENSIS MISN:

cum ipſi 22. Septembr. in inclyta VVitebergenſi Academia, unà cum 29. aliis doctis atq; honeſtis viris, & juvenibus Laurea & ſummus in Philoſophia gradus conferretur

à

Spectabili Facultatis Philoſophicæ Decano

Dn. M. FRIDERICO TAVBMANO, Poëta L. & profeſſore publico

Rectore

Magnifico viro Conſultiſſimo

BARTHOLOMÆO REVSNERO I. V. D. & profeſſore publico

AB

AMICIS

VVITEBERGÆ,
Typis Zachariæ Lehmanni. Anno 1601.

Z e 6825

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

I.

Γρηγόρει Στριγένικε ἐμῶν πρώτιστε ἑταίρων,
Νῦν ὁμοσίπου ἐμοῦ τὸ πρὶν ὁμωρόφιε.
Καὶ σέο τὴν κεφαλὴν (τόδε γὰρ γέρας ἐστὶ Μαγίστρων)
Φοῖβος λευκορέῃ ἐστεφάνωσε δάφνῃ.
ζῦμι. τόδ' ἀγρυπνίης θελκτήριον εἷλες ἄριστον.
Σοῦ φιλεργίῃ τοῖα βραβεῖα πρέπει.
Εὐφραίνεις τοκέας, γαμβροὺς σέθεν, ἠδὲ ἀδελφοὺς,
Ὅττε ἀριστεύου τερψινόοιο τύχες.
Ὅσπερ σ' ὀτρυνέει μάλ' ἐπισπεύδοντά περ αὐτὸν,
Ὄφρα φιλοσπουδεῖν καὶ μετέπειτα μέλῃ.
Μήποτε ἐκκακέῃς: ἐπεὶ οὐχὶ ἑτώσιος ἔσται,
Σὺν παλάμῃ Χιστοῦ ὅνκε πονοῖο πόνον.

M. Laurentius VVagener.

---

II.

HOc tibi præſabar, cùm per juga ſenta Sophorum
Acrius ingenii proveherere rotâ:
Nemo impunè unquam Sophiæ ſudavit ab æſtu;
Semper honoratus ſudor hic eſſe ſolet.
Iam tandem credis, STRIGENICI, ubi in arce cerebri
Sudorem Sophici tergit amoris Honor,
Teq; Magiſterii ſublimibus evehit alis,
Atq; ſenis baculum te facit eſſe patris.
Lætor ego: gratorq; tibi, gratorq; parenti:
Sit tibi frugi hic honor, lætitiaq; Patri.

*M. Fridericus Balduinus*
*Dreſdenſis P. C.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-100868-p0005-3

VLtra Sauromatas, vel quæ loca lambit Hydaſpes,
Aut delaſſatas ubi Dædalus exſuit alas,
Puram animi mentem Sophiæ qui proluit amne,
Neſcio quis, pectus lymphatum percitus æſtro,
Pellatur, clamat, clamoſum, ut Stentora vincat.
Namq́ue (inſit) rapidi quis flamina floribus auſtri,
Aut vitreis torvos immittat fontibus apros?
Inquinat æthereas undas uligo Sophorum.
Dogma ſatis firmo dium tibicine fultum eſt.
O medici, caput hoc vacuum ventoſa cerebro
Ut ſugat, curate cucurbita. Falleris atq́ue
Fallis, clamator. Sophiâ utere, at utere rectè.
Elige quæ bona ſunt, & ubi deliret amuſsis,
Diſpice, priſcorum; ramoſaq́ue compita linque.
Vt quæſita oculos auri ferit igne nitella
Sordibus è medijs: radiat virtutis imago
E cœno veterum. Ducant ſacra Biblia funem,
Ponè minor genibus tortum Sophia illa ſequatur.
Cæcis dicta plicis citius vibrata Sophiſtæ
An non incides, ſimul hac armante bipenni
Dextram? ne referam, quos pagina non capit, uſus.
A me STRIGNICI tua mens non diſcrepat hilum,
Qui, folles quæcunq́ue cavi dicteria ſpirant
Criſpo ſuſpendens naſo, veſtigia tanto
Philoſophûm luſtras feruore, ut pulvere grato

Huius

*Huius militiæ ſparſus mereare brabeum,*
*Atq́; comam ſtrophio circet* TAVBMANVS *honoris.*
*O factum benè. Sic creſcentia ſemina famæ*
*Sandapila haud claudet cum corpore: ſicq́; Sophorum*
*Ars te Theologum decorabit ſobria, frondem*
*Ut ſolium. ventis ludibria tela Sophilli*
*Sic ibunt. nigros anguſta fronte capillos*
*Nec non invalidis feſſos amfractibus annos*
*Sic reddes Patri, quem ſpumifer Albis adorat.*
*Schemate, ſalveto, fulgenti inſtrate Magiſtri.*
*Theologa ſimili ſi deſudabis arena,*
*Æſtu, doctrinæ magni Patris æmulus ibis.*

*Abrahamus Genſreffius*
*Radeburgenſis.*

---

IV.

*ELoquar an taceam* STRIGNICI *care ſodalis?*
*Vera mihi certè non reticenda puto:*
*Egregiè teneris ſudaſti ſemper ab annis*
*Impetus ad Clarias te tulit acer opes.*
*Hinc Parnâßei ſuperaſti culminis arcem,*
*Hìc ubi Leucoreos alluit Albis agros*
*Contigit idcirco tibi docti inſigne Magiſtri*
*Nomen pro gnavâ ſedulitate tùa.*


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-100868-p0007-4

*Felix ô igitur, felix cui gloria talis*
*Obtigit, ac tantum fluxit ab arte decus.*
*Macte animis, te magna decent, ne deſine cœptis;*
*Magnus eris, M*AGNVM *perge referre* PA-
TREM. (*pi,*
*Quod ſupereſt, præſtò tibi ſit Rex magnus Olym-*
*Atq́; tuis ſtudiis, pectore & ore precor.*

Johannes Coſvvigius Hainenſis,
Contubernalis.

---

*VI.*

GREGORI optime ab optimo parente,
Optimo genere, optimis amicis,
Dic quęſo, male-ominata turba,
Cur vobis male-feriata turba
Detractum cupiat NOVIS MAGISTRIS?
An non Laureolam meretur ingens
Muſarum labor? improbusq; ſudor?
Et mores ſapidi? pudica vita?
O turba illepida, invenuſta turba!
Cui de cerebro nec ulla mica eſt,
Quæ nec Phœbigenas colit Camęnas,
Scilicet mala mens, furorq; vecors
Vos reos agitat, bonos malignis
Qui allatratis abusq; abusq; lingvis.
Sed tibi quia mens mages integella,
Hanc ride INVIDIAM vago cachinno,
GREGORI optime ab optimo parente,
Optimo genere, optimis amicis.

Georgius Butnerus Thalenſis.

## VII.

Ἄρματι ἠδὲ κέλητι παλαιστάτῳ γένῃ ἀνδρῶν
ἠπείγοντο λαχεῖν κύδεος ἠδὲ κλέους:
τοῖς δ᾽ ἄρα νῦν ἄνδρεσσι μετὰ φρεσὶν ἦσι μέμηλε
εὔχεος ἀμβροσίης μᾶλλον ἀπ᾽ ἱδμοσύνης.
Ἀμφότερον μὲν ἔφυ γέρας ἀνδράσι πολλὸν ἄριστον,
Ἀμφότερον Φοίβου δῶρον ἀκερσικόμου.
Εἰ δὲ γ᾽ ἄρ᾽ ἐμοὶ θέμις ἐστὶ δίκην ἰθεῖαν ὀρίζειν
Φέρτερον ἱδμοσύνη κῦδος ἀπεσσυμένων.
Κεῖνο πότ᾽ ἠνείκαντο ποδώκεες ἀνδράσιν ἵπποι,
ἠὲ ποδῶν ταχύτης, ἢ πάλη, ἠὲ δίφρος:
Τοῦτο δ᾽ ἄρ᾽ ἀνθρώποισι κλέος μερόπεσσιν ἱκάνει
Εἵνεκεν ἱδρείης καὶ ἰδίσιο πόνου.
Σώματος ἀλλ᾽ ἄγ᾽ ὅσῳ κρείσσων νόος ἄφθιτός ἐστι
Τόσσῳ εὐκλείη φερτέρη ἦδε πέλει.
Χαῖρέ μοι οὖν Στεργένικε τοσαύτης εἵνεκα τιμῆς,
ἥν σοι, μισθὸν ἐμὲν, πρὸς ἔνεικε πόνος.
Καὶ γὰρ ὅπως τὰ ἄτεκνα δαήμεναι αἰετὸν ὠκὺν
Φημίξαντο βολαῖς πεπλάμενον ἠελίου:
ὡς καὶ ἀειφρούροισι πόνοις ὑποφήτορας αὐτοῦ
Καὶ ἀγρυπνίῃ Λητοΐδης δέδαεν.
Τοὔνεκ᾽, ἐπεί σοι πολλὰ παθεῖν, καὶ πολλὰ μογῆσαι
ἥνδανε, καὶ δάφνῃ στέψατο σεῖο κόμην.
Συγχαίρω φίλε σοι ὅσ τόσσου ἔμμορες εὔχους,
Τοῦ ἵν᾽ ἐπαυρήσῃς εὔχομαι ἀρτεμέων.
Γρηγόριον σε φίλοι βοόωσι, φίλοι τε τοκῆες,
τῶν χ᾽ ὑπὲρ εὐσεβέων γρηγορέῃς ἀγέλης:
Ὄφρα σε Γρηγόριον κατ᾽ ἐπίκλησιν καλέσωμεν
οὐ μόνον: ἀλλ᾽ ἔργῳ ἦσθα σὺ γρηγόριος.

Andreas Tzſchornaccius Senfftenbergenſis.

En

Ze 6825 4°



EN! niveo ſignare diem de more lapillo,
Plenaq́ lætitiæ tendere vela decet:
Quà digitos nitido TIBI circuit annulus auro,
Mitraq́, quà capiti cedit honora tuo.
Et meritò: quoniam ſtudiis ceſſare Sophorum,
Pieriisq́ TIBI cura fuit potior.
Hinc etiam punctis TIBI decernuntur honores
Philoſophûm; ſtudiis digna propæa tuis.
Nam ſua ſi cerdo, aut miles fert præmia: cur non
Et ſua Pieriſin gens operata ferat?
Macte Sophiſtarum poteris ſic ſolvere griphos:
Sicq́ ſcies alios erudiiſſe viros.
GaudI ſic reddes REVERENDO nuncia PATRI
Maxima: ſic Stygijs fama carebit aquis.
Ergo tibi grator titulum, laudesq́ Magiſtri,
Bellerophontææ clare ſititor aquæ.
Quod ſupereſt, animũ poſthac dimittere in artes
Pergito, & Aonidum dulce pediſſequium.
Sic tua Pierides extendent nomina Muſæ,
Donec adhuc animus corporis hoſpes erit.

Iohannes Scheinpflugius Dreſ-
denſis; A. E.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-100868-p0010-1

Pon Zc 6825, QK

ULB Halle 3
003 940 268

KD11

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-100868-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-100868-p0012-2

CARMINA GRATVLA

# IN HONO

PIETATE, ER

ONE, ET VIRTVTE P

TIS IVVENIS DN. GREGORI

CII VVOLCKENSTEINEN

cum ipſi 22. Septembr. in inclyta

Academia, unà cum 29. aliis doc

ſtis viris, & juvenibus Laurea

in Philoſophia gradus

ferretur

à

Spectabili Facultatis Philoſoph

*Dn. M. FRIDERIC*

*mano, Poëta L. & profeſſo*

*Rectore*

*Magnifico viro Conſult*

BARTHOLOMÆO REVSN

& profeſſore public

AB

*AMICI*

*VVITEBERGA*

*Typis Zachariæ Lehmanni.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-100868-p0013-7